UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Iosepho Presbytero. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Euſtathio Presbytero. 6.

Qui præclaram ac luculentam victoriam adipiſci ſtudet, acceptas iniurias & contumelias non modò forti ac ſtrenuo animo ferre debet: verùm etiam plura ei, à quo iniuria afficitur, præbere, quàm ipſe accipere cupiat, improbæque cupiditatis ipſius metas liberalitatis ſuæ copia ſuperare. Quod ſi hæc ab hominum ſenſibus & iudicio remota eſſe videntur, à cælis ſententiam feremus, illincque hanc legem recitabimus: Neque enim dixit Saluator, Si quis in dextram maxillam alapam tibi impegerit, forti animo id patere ac conquieſce (hoc enim nullis etiam præceptis & cõſiliis inſtructi quidam philoſophiæ laude clari atque inſignes homines, atque ex lege ipſis à natura inſita vitam moderantes, præſtiterunt:) verùm illud adiecit, vt alteram quoque ad excipiendam plagam prõptam ac paratam habeas. Nam in hoc demum præclara & ſplẽdida victoria ſita eſt. Illud enim philoſophicum eſt: hoc naturâ præſtantius, & cæleſte,

Math. 5.

Athanaſio. 7.

Quiſquis viſendam & excellentem temperantiæ pulchritudinem conſpicatus, ipſius amore minimè captus ac ſubactus eſt, hic me iudice à pulchrarum rerum amore alienus eſſe cenſeatur.

Iuniæ. 8.

Non corporis duntaxat caſtitate, vir ſapiens & erudite, verùm etiã quietis atque otij amore diuus Paulus virginitatem definit.

1. Cor. 7.

Ioſepho Presbytero. 9.

Omnibus viribus, optime vir, ipſam virtutem conſectari oportet: ac non in ea opinione verſari, vt tibi ſatis eſſe putes, quòd Monaſticam vitam colere videaris.

Εὐσταθίῳ πρεσβυτέρῳ. ϛ.

Χρὴ τὸν βουλόμενον λαμπρὰν ἀναδήσασθαι νίκην, μὴ μόνον ὑβριζόμενον καὶ ἀδικούμενον φέρειν γενναίως, ἀλλὰ καὶ πλείονα παρέχειν τῷ ἀδικοῦντι ὧν βούλεται λαβεῖν, καὶ τοὺς ὅρους τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας ἐκείνου τῇ δαψιλείᾳ τῆς οἰκείας ὑπερβαίνειν φιλοτιμίας. εἰ δέ σοι παράδοξα εἶναι δοκεῖ ταῦτα, ἀπὸ τῶν οὐρανῶν τὴν ψῆφον οἴσομεν, καὶ τὸν νόμον τοῦτον ἐκεῖθεν ἀναγνωσόμεθα. οὔτε γὰρ εἶπεν ὁ σωτὴρ, Εάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, φέρε γενναίως, καὶ ἡσύχαζε. ἤνυσαν γὰρ τοῦτο καὶ ἄνευ ὑποθηκῶν τινὲς ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαλάμψαντες, καὶ τῷ ἐμφύτῳ νόμῳ πολιτευσάμενοι· ἀλλὰ προσέθηκε τὸ, καὶ τὴν ἄλλην τῷ τύπτοντι ἑτοίμην πρὸς τὴν πληγὴν παρέχειν. αὕτη γὰρ ἡ λαμπρὰ νίκη. τὸ μὲν γὰρ φιλόσοφον, τὸ δὲ ὑπερφυὲς καὶ οὐράνιον.

Ἀθανασίῳ. ζ.

Ὅστις τὸ ἀπόβλεπτον καὶ ὑπέρκαλον τῆς σωφροσύνης κάλλος θεασάμενος, οὐκ ἐδαμάσθη τῷ φίλτρῳ, οὗτος ἀνέραστος τῶν καλῶν παρ' ἐμοὶ κειτῇ γεγράφθω.

Ἠουνίᾳ. η.

Οὐ τῇ τοῦ σώματος ἁγνείᾳ μόνον, ὦ σοφὲ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἀπραγμοσύνῃ τὴν παρθενίαν ὁ θεσπέσιος ὁρίζεται Παῦλος.

Ἰωσὴφ πρεσβυτέρῳ. θ.

Παντὶ σθένει, ὦ βέλτιστε, προσήκει τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖν ἡγεῖσθαι τὸ δοκεῖν ἀσκεῖν. ἀσκεῖν.

Χαρή-